Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 452

contempsit. Unde imperatori sibi minanti
respondit. Quecumque tormenta potes cogitare
ne differas. quia carnem et sanguinem meum pro
xpo offerre desidero. Item fac quecumque animo
concepisti. paratam enim me videbis ad omnia su-
stinenda. Secundo fuit constantissima in donis
oblatis. quia ea respuit. Unde cum imperator si
bi promitteret quod eam in palacio secundam haberet
respondit. Desine talia dicere que scelus sunt:
etiam cogitare. quia ea superauit sicut patet cum fu
it posita in carcere et super rotam. Quarto fuit
constantissima in mundicia castitatis. Serua
uit enim castitatem inter ea inter que castitas
periclitari solet. Quinque enim sunt in quibus
castitas periclitatur. i. affluentia resoluens. op
portunitas inducens. iuuentus lasciuiens. li-
bertas effrenans. et pulchritudo alliciens
Inter hec beata katherina castitatem seruauit. ha
buit maximam affluentiam rerum vtpote que tam
ditissimis parentibus successit. habuit oportu-
nitatem vtpote quam sui domina tota die inter suos
famulos versabatur. habuit iterum etatem iuuenil-
lem. Iterum sui libertatem. quia sola et libera in pa-
lacio remansit. De hijs quatuor dicitur supra
katherina cum esset annorum .xviij. in palacio
diuitijs et pueris pleno sola remansit Ha
buit etiam pulchritudinem. Unde dicitur quod erat
speciosa valde et incredibili pulchritudine
omnium oculis ammirabilis videbatur Qui
to fuit ammirabilis in priuilegio dignita-
tis. Quedam enim priuilegia specialia fuerunt in
aliquibus sanctis dum decederent. vt xpi visi-
tatio quod fuit in Johanne euange. olei ema
natio quod fuit in beato Nicolao. lactis effusio
quod fuit in beato Paulo. sepulchri preparatio
quod fuit in beato Clemente. petitionum exaudi-
tio quod fuit in beata Margareta quam orauit pro a
gentibus sui memoriam Hec omnia simul fue
runt in karthe. sicut patet ex eius legenda.

De sancto Saturnino et alijs.

Saturninus ab
apostolorum discipulis episcopus ordina
tus in vrbe tholosana directus est Cum autem
ipso ingrediente demones a responsis ces-
sarent. vnus gentilium dixit. quod nisi satur-
ninum occiderent a dijs suis nil penitus ob
tinerent Apprehendentes igitur saturninum
nolentem sacrificare ad pedes thauri liga-
uerunt eumque cum stimulis agitantes a fu-
ma arce per gradus capitolij precipitauerunt
Sicque confracto capite et cerebro excusso con
summauit martirium. Cuius corpus due fe
mine rapientes in profundo loco propter metum
gentilium condiderunt. Quod postea successores
eius ad locum reuerentiorem transtulerunt. Fu
it alius saturninus quem rome prefectus diu
in carcere maceratum in eculeum leuari. ner
uis fustibus et scorpionibus cedi fecit De
inde lateribus adustis depositum de ecule
o decollari precepit. Fuit et alius satur-
ninus apud africam frater sancti satiri Qui cum
predicto fratre suo et Reuocato et felicita-
te sorore dicti reuocati necnon et cum perpe-
tua genere nobili martirium passus est. Quo
rum passio alio tempore potissime recolitur Cum
ergo proconsul eis dixisset vt idolis immola
rent et illi nullatenus assentirent in carcerem
missi sunt Quod audiens pater perpetue ad car
cerem flens cucurrit. d. Filia quid dixisti.
vel quid fecisti? Dehonorasti genus tuum.
Nunquid aliquis de genere tuo in carcerem
missus fuit. Cum autem audisset quod xpiana esset
in eam cum impetu cum digitis ad oculos
irruit et ei oculos irruere voluit et exclamans
egressus est Uidit autem beata Perpetua
huius visionem quam in crastino socijs e-
narrauit dicens. Uidi scalam auream mi-
rabili altitudine vsque ad celum erectam que
adeo angusta erat vt non nisi vnus et paruus
ascendere poterat. In dextra vero et leua e-
rant fixi cultri et gladij ferrei limati et exacu
ti. ita vt ascendens circa vel infra hec nulla
tenus respicere poterat. sed semper ad celum
eum erectum stare oportebat. sub ea draco
teterrimus et ingentis forme iacebat. Et
pre timore quilibet ascendere formidabat
Uidit etiam Satirum per eam ascendentem
vsque ad sursum et respicientem vsque ad nos
et dicentem. Ne timeatis hunc draconem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0451
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG